



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

... in Asia minore.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

## 226 De CALCEIS HEBRAeor.

Strabo  
lib. 12.

Casaub.  
Hist. Aug.  
Script.

Salm. ad  
Hist. Aug.  
Script.

nore memorat Strabo, ut *Mῆνα* masculum Deum nominet, uti Latini *Lunum*. Ita quidem mag-  
nus Casaubonus ad Aelii Spartiani Hist. Aug. Antoninum Caracallam, ubi insig-  
nis locus de Lunæ nomine virili & fœminino occurrit, Strabonem, hominem Cappadocem, masculum Deum *Lunum* græcè extu-  
lisce *Mῆνα* putat, quia sciebat vocem, quam vertebat, utrumque sig-  
nificare, uti Hebæis *חֶנְהָרֶת* & Luna est & mensis. Menem vero alium non esse à Luna declarare Strabonem autumat, cum ait: ἐπὶ τῷ καὶ τῷ τοῦ Σελήνης τὸ ἱερὸν. At Clau-  
dius Salmasius ὁ θεομάτιος abit in alia omnia. Doctissimum virum falli putat, qui *Mῆνα* masculum hunc Deum extulisse Strabonem autu-  
mat. Notat tribus in locis apud Strabonem *Mῆνος* & templorum ejusdem Dei mentionem esse. Sed illis omnibus locis *Mῆνα* & Lunam, sive σελήνην, esse diversos ita verum esse dicit, ut nihil verius esse cen-  
seat. Primum, inquit, nunquam *Mῆνος* ἱερὸν sine adjecto ponit, sed semper aut *Mῆνος Φαγέαντας*, *Mῆνος Κάρες*, aut *Mῆνος αἴρχαις*. Quibus locis quis Lu-

nam

nam sub illis cognominibus dictam putet? Menem autem alium esse à Luna manifeste ostendit idem Strabo, cum scribit: ἐσὶ δὲ καὶ τοῦτο τῆς Σελήνης ἴερόν. Ibi enim, nisi fallor, mentionem facit Menis Pharnacæ vocati, εἷς ejus templi quod ἱερὸν non solum Μῆνος, sed etiam Σελήνης esse ait: Quibus verbis non potuit apertius declarare aliam esse ac diversam τὴν Σελήνην δύο τοῖς Μηνός. At licet inter τοὺς Μηνούς & Σελήνην distinguat vir maximus, non tamen multum diversus fuit à Σελήνῃ οἱ Μῆνοι. Totus, inquit, ille orbis εἰς περιοδούς, quem Luna modulationibus menstruis, ut loquitur Tertullianus, variat, Μῆν, ut notum est, vocatur à Græcis, Latinis vero mensis, εἰς videtur apud stultam gentilitatem Dei nomen emeruisse. Inde Diogenes in Pythagora, Gallum gallinaceum τῷ Μηνῷ ἱερὸν fuisse scribit, ex scito ejusdem Pythagoræ. Plinius vertit Mensi sacrum. Cujus etiam rei meminit Iamblichus in vita Pythagore Μῆδε ἀλεκτρυόνα λευκὸν ἵκέτης γένει καὶ ἱερὸς τῷ Μηνῷ, δέοντα σημαντικῶν ὥρων. Quid si dicamus, licet μῆν sit Mensis, & illud Tem- plum τῷ μηνῷ ἱερὸν Mensi sacrum,

K 6.

ta-

Iambli.  
l. I. c. 18.

## 228 De CALCEIS HEBRAOR.

tamen, cum mensis ex Lunæ cursu conficitur, confusa hæc esse, & μῆνος Mensem & Lunam fuisse, adeoque templum istud fuisse ἡλίου τῆς Σελήνης iēgōr, cum iidem honores utriusque tribuerentur. Etiam LXX. Interpretes Hebræam vocem שְׁחָנִים quæ lunulas notat, μηνίσκος vertunt, quæ vox à μῆνι derivata est, quia videlicet μῆνις est Luna, quomodo voce μηνίσκων pro speciebus lunatis etiam Aristoteles est usus. Legimus & apud Euzebium verbū μηναγρέων, quod est magicis artibus alicui illudere. Scilicet quia magi vel benefici carminibus suis vel cœlo deducere Lunam credebantur.

XI. Apud Latinos idem nomen licet observare in Dea Mana, quam fœminarum menstruis præfecerunt, quæ Græci μῆνες vocant. Videri de ea possunt, quæ vir sanctissimus & doctissimus Augustinus habet. Meminit ejus Deæ & Plinius, verum illius locus corruptissime vulgo legitur. Catulos lactentes adeo pures existimabant ad cibim, ut etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur. Genito ma-

Aristot.  
Problem.  
Euseb.  
πρόβλ.  
παρεξ.  
lib. 2.

Aug. de  
Civ. Dei  
l. 4. c. 11.  
Plin. l. 29.  
cap. 4.

ne